1304

Stelecki vel eius Posteri. Ad instantiam praedicti Nbis Turzanski obligatorij sui sive ipsi Posterioris ad officium praesens Castren. Capitan. Premislien. ex hinc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere et omne iudicatum pati debebit et tenebitur ipsiusque Posteri debebunt et tenebuntur. eundem primum Terminum ... et alios omnes exinde subsequentes Causa eiusque Terminos semper peremptorios. Vera infirmitate pro persona ... ... Tatarorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari, ad curiorem ad munimenta vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem etiam extra proximos Terminos officii praefati Castren. Capitan. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac eam prosequutiones faciendo praemissaque omnia poenis singulicibus vel ... ... suspensionis Fatalijs iuris praescriptione Terrestri bello Conventione tum et aliis omnibus iuris mediis ... non subterfugiendo. hac sua personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

R. D. Podolski Kruszynskiego quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus Perillustris et Admodum Rndus Andreas Podolski Canonicus Premislien. Praepositus ... sanus mente et corpore existens a ... Districtibus Iudiciis Iurisdictionibus suis quibuscunque ... et competentibus recedendo Praesenti

autem Castren. Premislien. Iurisdictioni se cum Successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus quoad actum hunc attinet
totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam
publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosum
dum Christophorum Kruszynski eiusque Posteros de Summa
sexcentorum florenorum Polon. per ipsum sibi recognit. Actis
praesen. Castren. Premislien. modo simplicis debiti ad solvendum
inscripta iam vero realiter persoluta nec non de ipsa inscriptione
Castren. Premislien. debitorea de praemissis labore ob prae
stitam sibi realem et totalem satisfactionem quietat emittit
et liberum facit. Inscriptionem praefatam debitoream cassat
mortificat et annihilat perpetuum sibi suisque Successoribus
imponendo silentium. recognitionis istius vigore.

Idem Nepotibus suis Tutores assignat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesen. Castren. Ca
pitan. Premislien. Perillustris et Admodum Reverendus Andreas
Podolski Canonicus Premislien. Praepositus Zarecen. sanus
mente et Corpore existens recessu a foro suo facto
iurisdictione sua propria posthabita huic autem Castren.
Capitan. Premislien. Iurisdictioni se cum bonis suis et Successo
ribus quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie subijci
endo et incorporando palam publice libere ac per ex
pressum recognovit. Quia ipse pro iure sui sanguinis
quo obstrictus est erga derelictam prolem Gnosi olim A
lexandri Podolski Fratris sui germani, qui fecit partes
omnibus suis qui in vita sua charissima habuit pro
salute propria Coniuge libens substantia, possessione et
tenuta bonorum Regalium Villae Laszki in Terra et Di
strictu Leopolien. sita ad expeditionem bellicam ...